

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria,  
Historica, Critica**

**Ruhnken, David**

**Lugduni Batavorum, 1823**

Animadversiones in Xenophontis memorabilia

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1660>

# ANIMADVERSIONES

IN

## XENOPHONTIS MEMORABILIA.

EX EDITIONE

ERNESTINA QUINTA.

Memor. Lib. I.

C. II. 16. Ἀποπηδήσαντε Σωκράτους ] Hunc locum  
respicientes Aelian. V. H. IV, 15. et Olympiodorus  
Comment. MS. in Platonis Gorgiam, alter pro ἀποπη-  
δήσαντε, ἀποδράντες, alter ἀποφοιτήσαντες, scripserunt.  
Quae verba proprie dicuntur de *discipulis*, qui *magistrū*  
*scholam temere*, aut *cum contemni relinquunt*. Plato  
Gorg. p. 298. Ε. πρωτέρου με προδίδασκεν, ἵνα μὴ  
ἀποφοιτήσω παρὰ σοῦ. Liban. Ep. 79. ἐπειτα παρ'  
ἡμῶν ὡς τάχιστα ἀπεπήδησεν. Vide L. Bos Proleg.  
ad Hoseam VII. 13, et I. Toupium Emend. in Suid.  
T. III. p. 327. Ceterum miretur aliquis, Isocratem  
Busirid. p. 222. C. negare, Alcibiadem a Socrate  
eruditum esse. Sed Isocrates quomodo intelligendus  
sit, docet Olympiodorus Comment. MS. quem modo  
laudavimus: ἀλλας τε δὲ, οὐδὲ πολὺν χρόνου παρέμεινεν  
Ἄλκιβιάδης Σωκράτει, ὡς δράσατι εἰς τὸν ψυχὴν αὐτοῦ  
τοὺς λόγους. ἀμέλει καὶ Ἰσοκράτης μέμνηται τούτου ἐν  
τῷ Βουτίριδι λέγων· ὃν οὐδεὶς ἥσθετο παρ' αὐτῷ παιδευθ-  
μενον. δηλονότι διὰ τὸ δλίγον τοῦ χρόνου.

Ibid. 22. εἰς ἔρωτας ἐγκυλισθέντας. ] Omnino haec  
lectio praferenda alteri ἐγκυλισθέντας. Est quidem

apud Aspassium ad Aristotel. Nicom. VII. p. 127. *αεὶ πρὸς ἡδονὰς ἐγκυλίονται.* sed rectius ibid. IX. p. 149. *τὸν ἐκ σπουδῆς εἰς Φαυλότητα ἐγκυλισθέντα.* Eadem forma dicitur *ἐκφέρεσθαι, ἐξοκέλλειν, ἐξολισθάνειν, ἐκχύεσθαι πρὸς ἡδονάς.* At *ἐγκυλίεσθαι* dativo jungitur apud eundem Aspassium VII. p. 128. *οὐ γὰρ αεὶ τῷ πάθει ἐγκυλίεται.* et paullo post: *ἄμφω γάρ ταῖς ἡδοναῖς ἐγκυλίονται.* Athenaeus VI. p. 262. B. *τοσαύταις ἐγκυλιδούμενον λιχνεῖσθαι.*

Ibid. 24. *ὑπὸ σεμνῶν γυναικῶν θηρώμενος*] Habet ex hoc loco Philostratus V. A. IV. p. 165. *ὁ καλός τε καὶ ὑπὸ τῶν καλῶν γυναικῶν θηρευόμενος.*

Ibid. 30. *ὅτι ὕικὸν δοκοί πάσχειν*] Imitatur, quamquam in alia re, Plutarchus de Vitios. Pudor. p. 535. F. *καὶ μὲν πάθος πάσχειν ὑδεῖς, ὑπὸ κακοῦ καὶ γαρυαλισμοῦ παρέχοντα χρῆσθαι βῆστα τῷ δεομένῳ.* Reim ipsam cum verbo *προσκυνᾶσθαι* hinc summis Max. Tyrinus Diss. XXVI. p. 317.

Ibid. 31. *τὸ κοινῇ τοῖς Φιλοσόφοις*] scilicet *τὸ ἀδελεσχεῖν περὶ τῶν μετεώρων,* quod Scholiast. Aristoph. ad Nub. 97. *κοινὸν τῶν Φιλοσόφων ἐγκλημα* vocat. Comici quoties philosophos *ἀδολέσχας* dixerint, nemo nescit. Plato Phaedon. p. 381. B. *Οὐκοῦν γ', ἀν οἷμαι εἴπειν τια νῦν ἀκούσαντα, οὐδ' εἰ καμφδοποίς εἴη, ὡς ἀδολεσχῶ.* ubi respicit Eupolidis versus, quos Olympiodorus Comm. MS. in Phaedoneum conservavit: *Τί δῆτα ἔκεινον τὸν ἀδολέσχην καὶ πτωχὸν, ὃς τέλλα μὲν πεφρόντικεν· ὅποθεν καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου δὲ κατημέλικε.* Forte eosdem versus una cum Aristophanis Nubibus in animo habuit Xenophon. Oeconom. p. 58. *καὶ ταῦτα ᾧν ἀνήρ, ὃς ἀδολεσχεῖν τε* do-

δοκῶ, καὶ ἀερομετρεῖν, καὶ τὸ πάντων δὴ ἀνοητότατον  
δοκοῦν εἶναι ἔγκλημα, πένης καλοῦμει. Maximus qui-  
dem Tyrius Diss. XXIV. p. 293. Socratem ab Ari-  
stophane πένητα καὶ ἀδολέσχην appellatum dicit. Sed  
confundit Eupolidem cum Aristophane. Nam etsi  
Socrati in Nubib. vs. 175. fames exprobratur, tamen  
non diserte πένης aut πτωχός vocatur. Eupolidis  
versus etiam laudant Etymol. M. p. 18. 9. et Pro-  
clus Comm. MS. in Platonis Parmenidem, cujus  
locum ponam, si forte ad numeros versuum resti-  
tuendos prodesse posset: αὐτὸν μὲν τὸν Σωκράτην  
πτωχὸν ἀδολέσχην καλούντων τῶν καμφδοκοιῶν, καὶ τοὺς  
ἄλλους δὲ ἀπαξάπαντας, καὶ τοὺς ὑποδυομένους εἶναι δικ-  
λεκτικόδες, ὀταύτως δινομαζόντων. Μισῶ δὲ καὶ Σωκρά-  
την τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην, οὐ Πρόδικος, οὐ τῶν ἀδολε-  
σχῶν εἰς γέ τις. ubi ante οὐ Πρόδικος excidit καὶ, al-  
terius versus indicium. Nam Aristophanis versus  
est posterior, non Eupolidis. Schol. ad Nub. 36.

?Αριστοφάνης ἐν Ταγματαῖς.

Τὸν ἄνδρα τοῦτον οὐ βιβλίον διέφερεν,

“Η Πρόδικος, οὐ τῶν ἀδολεσχῶν εἰσφρησις.

Sic illud fragmentum bene correxit Kuster. ad Suid.

v. Πρόδικον.

Ibid. 37. τῶν σκυτέων καὶ τῶν τεκτόνων ] Similitudi-  
nes et exempla, quae Socrates a fullonibus, coria-  
riis, figulis petere solebat, saepe Sophistis risui fue-  
runt. Callicles apud Platonem Gorg. p. 299. Β.  
οὐσὶ σκυτέας τε καὶ κναφέας καὶ μαγείρους λέγων καὶ  
ἱατροὺς οὐδὲν παύει. Adde Dion. Chrys. Or. LV. p.  
560. D. 564. A. et Liban. Apol. Socrat. p. 643. C.  
Sed hanc disserendi rationem plus habuisse in reces-

su, quam fronte promitteret, praeclare docet Plato Sympos. p. 335. G.

Ibid. 48. καὶ Φαῖδων δὲ ] MS. Leid. habet: καὶ Φαιδώνδης, ut in Codice suo reperit Bessarion. Quam lectionem si sequamur, non Phaedon Eleus intelligendus, sed Phaedondes Cyrenaicus, qui, teste Platone in Phaedon. p. 376. B. morienti Socrati affuit. Is apud Auctor. Epist. Socratic. p. 36. et Suidam v. Σωκράτης non patronymica forma Φαῖδωνδης, sed primitiva Φαῖδων dicitur: de qua formarum commutatione disputavimus in Histor. Crit. Orat. Gr. p. 90. 100 (\*).

Ibid. 52. ὅστε μῆδαιοῦ ] Etsi me non poenitet conjecturae, μῆδεν μῆδαιοῦ, qua Xenophonti exquisitum Atticismum restitui, ut apud Euripid. Iphig. Taur. 115. δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαιοῦ. nunc tamen pronior sum in eam partem, ut vulgatam servandam putem. Aristides T. II. p. 268. eadem constructione: καὶ τὸ χαρίζεσθαι μῆδαιοῦ τιθέντας πρὸς τὸ βέλτιστον. Sic alii μῆδαιοῦ τιμᾶν dicunt pro nihil facere. Vide Abresch. Animadv. ad Aeschyl. III. p. 91. Est igitur μῆδαιοῦ εἶναι simile Latino, nullo loco esse, μῆδαιοῦ τιθέναι, nullo loco numerare, ut loquitur Cicer. de Fin. II. 28.

Ibid. 58. τοὺς δημότας ] Zonaras Lexico MS. Δημότην οἱ Ἰωνεῖς τὸν τοῦ πολλῶν ἔνα. οὕτως καὶ Ἡρόδοτος τῶν δὲ Ἀττικῶν μόνος Εενοφῶν. οἱ δὲ ἄλλοι τοῦτου μὲν δημοτικὸν, δημότην δὲ, τὸν τοῦ αὐτοῦ δήμου, ὡς Φυλέτην, τὸν τῆς αὐτῆς Φυλῆς, καὶ λοχίτην, τὸν ἐν τῷ αὐτῷ

[(\*)] Supra, horum Opusc. p. 373. 391.]

**τῷ λόχῳ κατατεταγμένον.** Vide de Rep. Atheniens. p. 692. A. ubi δημοται et δημοτικοὶ promiscue dicuntur.

Ibid. 60. **ῶν τινες μικρὰ μέρη]** Oblique carpit tum alios Socratis discipulos, tum in primis Aristippum, qui primus Socraticorum philosophiam mercede docere instituit. Etiam disputationes de voluptate II. 1. de bono et pulcro III. 8. alieni ab Aristippo animi indicium habent. Vide Phaniam apud Diog. Laërt. II. 65. Quae cum ita sint, Auctor Epist. Socrat. p. 43. qui Aristippum facit Xenophontis hospitio in Scillunte utentem, minus commode finxisse dicens est.

Ibid. 61. **Λίχας τῇ Λακεδαιμονίᾳ]** Hunc locum, vix verbis mutatis, a Xenophonte summis Plutarch. Cimone p. 484. F. καίτοι Λίχαν γε τὸν Σπαρτιάτην ἀπ' οὐδενὸς ἄλλου γνώσκομεν ἐν τοῖς "Ελλησιν διομαστὸν γενόμενον, η ὅτι τοὺς ξένους ἐν ταῖς Γυμνοπαιδίαις ἔδει πνίζεν". Ejusdem convivia memorat idem in Politic. Praec. p. 823. D. Hunc autem Lichan non diuersum ponimus a Licha, Arcesilai F. de quo plura Thucydid. V. 51. et Xenophon Hellen. III. p. 490. D. Sane bigae, quas ad Iudos Olympieos misit, argumento sunt, opibus abundasse hominem.

C. III, 4. **οἵτινες παρὰ τὰ παρὰ τῶν θεῶν]** Expressit Ibyci, antiquissimi Lyrici, versus, quos Plato affert in Phaedro p. 243. B. καὶ πως ἐδυστωπούμεν, μήτι παρὰ θεοῖς ἀμπλακῶν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀστέψω. Vide quae notavimus ad Timaei Lex. Plat. p. 66.

Ibid. 5. **Τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὅψων]** In hoc dicto imitando ipsi veteres certarunt. Teles apud Stob. Tit. V. p. 69. η οὐκ ὅψου ἀδάπανον καὶ ἀτρύ-

Φερον παρασκευάζω σοι τὴν πεῖναν; Onosander Strateg. p. 47. ὁ γὰρ ἀπὸ τῶν πόνων λιμὸς καὶ τὸ δίψος, οὐαὶ γὸν ὅθου ποιεῖ, καὶ γλυκὺν κρῆμα. Dio Chrys. Or. VI. p. 89. Β. λιμῷ μὲν ἔχρητο καὶ δίψει. καὶ ἐνόμιξε τοῦτο ικανώτατον καὶ δριμύτατον τῶν ὅψεων. Bis diversis modis idem expressit Cicero de Fin. II. 28. et Tusc. Disp. V. 34. ubi vide Davisium.

Ibid. 9. ἡ τῶν ἐραστῶν] Mendoza lectio. Quis enim σωφρονικοῖς opponat ἐραστάς? Nec multo melius est θρασέων, quod in MS. suo reperit Leuncavius, habetque Cod. Leidens. cum θρασὺς vix differat a διφοινδύνῳ, quod statim sequitur. Forte Xenophon scripsit: ἡ τῶν ὑβριστῶν. Nam σώφρων et ὑβριστὴς centies opponuntur, ut hoc ipso libro p. 14. οὐδὲ ὁ σώφρων, ὑβριστὴς γένοιτο. Huc adde, ἐραστῶν non esse interpretamentum, vocis θρασέων, ut placet viro doctissimo, sed θρασέων vocis ὑβριστῶν. Suidas: Τθριστάς. τοὺς θρασεῖς. Nec tamen hanc conjecturam tam veram puto, ut de illa cum quoquam contendere velim.

Ibid. 9. καὶ εἰς μαχαίρας] Descripsit Aelianus Ep. 16. σὺ μέν μοι δοκεῖς καὶ εἰς πῦρ ἀλλεσθαι, καὶ εἰς μαχαίρας κυβισθῆσαι.

Ibid. 12. ὅτι τὰ Φαλάγγια] Haec ad verbum descripsit Clemens Alex. Paedag. III. p. 301. cum quibus Socraticae suavitatis studiosos iuvabit comparasse locum alterum, qui parem leporem habet, Cyropaed. V. p. 117. ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἀπτομένους καλεῖ, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἀποθεηθεῖς θεωμένους ὑφέπτουσι. Eum laudat Plutarch. apud Stob. Tit. LXIV. p. 410. atque imitatur Sympos. V. 7. p. 681. I. NT. deo  
C. 4,

C. IV, 2. *μηχανώμενον*] Dudum conjectura ductus videram, *μηχανώμενον* expungendum esse tanquam variantem verborum *μηχανῆς χρόμενον*. Postea, quod suspicatus eram, a Codice MS. quem Is. Vossius contulit, confirmatum deprehendi.

Ibid. 6. *ἱθύδν βλεφαρίδας*] Nullus hic locus esse potest voci *ἱθύδν*. Nam quid simile colo habent palpebrae? aut quem usum colum adversus ventos praestet? Ut ventus, aut pulvis vento jactatus tenuetur? Sic video cepisse Ioach. Camerarium Comm. utr. L. p. 103. At ne tenuissima quidem sine periculo transmittuntur. Hanc ob caussam nihil melius occurrit Perri Victorii invento, qui V. L. XXIV. 15. pro *ἱθύδν*, vel, ut passim mendose scribitur, etiam in Cod. Leidensi, *ἰσθύδν*, reponit *θρυγκόν*, eamque correctionem cum aliunde firmat, tum e Cicerone, Xenophontea vertente, de N. D. II. 57. *Munitaeque sunt palpebrae tanquam vallo pilorum.* Nimirum ut horti hac etiam de caussa maceria (*θρυγκῷ*) sepiuntur, ne ventus teneris plantis noccat, sic natura oculos palpebris adversus ventos, et alia, quae laedere possent, munitivit. Ciceronem suum sequitur Lactantius de Opif. Dei cap. 10. *Nam et ipsae palpebrae, quibus mobilitas inest, et palpitatio vocabulum tribuit, pilis in ordine stantibus vallatae, septum oculis decentissimum praebent.* Sed alii quoque scriptores, quoties palpebras describunt, toties a vallo similitudinem petunt. Varro apud Non. Marcell. p. 218.

*Quos (oculos) cæliblepharo naturali palpebrae  
Tinctæ vallatos mobili septo tenent.*

Plinius N. H. XI. 37. *Alia de causa palpebras natura dederat, cui vallum quoddam visus, et promensus munimentum contra occursantia animalia aut alia fortuita incidentia.* Seren. Samm. v. 667.

*Namque oculos infesta pilorum tela lassessunt,  
Quodque illis dederat vallum natura tuendis.  
Sed quid opus est aliorum testimoniis, cum ipse  
Xenophon hac similitudine utatur de Venat. p. 982.  
Αἴχει τὰ βλέφαρα ἐλλεποντά, καὶ οὐκ ἔχοντά προ-  
βολὴν ταῖς αὐγαῖς. Eandem loquendi formam ad su-  
percilia transtulit Apulej. de dogm. Platon. p. 260.  
*Superciliorum sepes praemuniunt oculos, ne desuper  
proruat, quod tenicas visiones mollesque perturbet.**

Ibid. 6. ἐπει δὲ τὰ ἀποχωροῦντα] Hunc locum e Xenophonte sumvit Varro Prometheo apud Non. Marcell. p. 217. *Retrimenta cibi qua exierant per posticum vallem feci.* Sic edd. veteres et MS. Vossian. Male Merceriana prior, *vallum fecerunt*: deterius posterior, *e valle feci.* quae tamen scripturae men-  
da induxerunt Salmasium Exerc. Plin. p. 907. ut le-  
geret *evallefecerunt*, et Gesnerum Thes. L. L. v.  
*Evallefacio*, ut divisim scribebat, *e valle feci*, ob-  
scura, vel dicam, nulla sententia. Paullo emendatio-  
rem locum dedit Ios. Scaliger ad Varron. Fragm.  
p. 168. *Retrimenta cibi qua exirent per posticum val-  
lem feci.* Iam fonte, unde Varro hausit sua, reperi-  
to, facile est emendare: *Retrimenta cibi qua exirent  
per posticum, canalem feci.* Prometheus loquitur.  
Ambros. Hexaëm. VI. 9. *Decore creator noster du-  
ctus reliquiarum (i. e. ὄχετος, canales) a vultu  
hominum avertit, ne, dum alium purgamus, inqui-*

*naremus adspectum.* Vide Davis. ad Cic. de N. D. II. 56. Xenophontea eleganter ad alia traduxit Plutarch. de cap. ex inim. util. p. 91. E. τῶν παθέων τούτων παιούμενος ἀποκαθάρτεις εἰς τοὺς ἔχθρους, καὶ ἀποστρέφων, ὥσπερ ὁχετούς, πορρώτατα τῶν ἑταίρων καὶ σικελῶν.

Ibid. 8. ἐρώτα γοῦν, παλ ἀποκρινοῦμαι] Haec verba, undecunque inculcata, e contextu tollenda sunt. Nec illa reperit in Codice suo Bessarion, certe in versione omisit. Sic etiam judicabat vir doctissimus, idemque mihi amicissimus, cuius certus et verus in his literis sensus est, Claudius Salgasius.

Ibid. 19. ἐν ἐρημίᾳ εἴεν] Hic pro forma Attica εἴεν restituenda est communis εἴησαν, auctoritate Grammatici veteris in Bibl. Sangerm. Εἴησαν ἀντὶ τοῦ εἴεν. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων ἀ. Vulgaris forma etiam est in Sympos. p. 153. Sic ἦμην pro Attico ἦν, Cyrop. VI. p. 149. E.

C. VI. 5. ὅτι δὲ μὲν ἡδισταὶ ἔσθιων] Haec usque ad vocem ποτοῦ, vix verbo mutato, descriptsit Teles apud. Stob. Tū. V. p. 69. ubi item, quae sequuntur, η διψῆ χιθνα; ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τρυφῆν ζητοῦσιν ἄνθρωποι, expressa sunt ex II, 1, 30. τοῦ θέρους χιθνα περιθέουσα ζητεῖς.

Ibid. 10. μηδενὸς δέεσθαι θεῖον] Vix ullum nobilius est Socratis dictum, celebratum maxime a Diogene, aliisque Cynicis. Id ex hoc loco hauserunt Pseudo-Crates Epist. II. Philo Iud. T. II. p. 666. Plutarch. Caton. maj. p. 354. F. Diogen. Laërt. II. 27. et alii plures, quos commemorare longum est. Censorin. de D. N. c. 1. breviter sic vertit: *Nihil egere, est*

*Deorum: quam minime autem, proximum a Diis.*  
*Pluribus verbis Apulej. Apolog. p. 25. Evidem di-*  
*dici, ea re praecedere maxime Deos hominibus, quod*  
*nulla re ad usum sui indigeant. Igitur ex nobis, cui*  
*quam minimis opus sit, eum esse Deo similiorem. ubi*  
*vide Pricaeum. Hinc etiam fluxit, quod legitur in*  
*Socratic. Epist. p. 14. ὅρῳ τῷ μηδενὸς δεῖσθαι αὐτὸν*  
*ὑπερβάλλοντα οἷμας — καίτοι σοφώτερὸν τε εἴναι εἰκός,*  
*ὅστις ἔκυτὸν ἀπειπάζει τῷ σοφωτάτῳ, καὶ μακαριωτά-*  
*τῷ ὑπάρχειν, ὃς ἂν ὅτι μάλιστα ἔξαρσισθῇ τῷ μακα-*  
*ριῷ. ubi si pro μακαριωτάτῳ scripseris μακαριώτατον,*  
*locum ex obscuroclarum et perspicuum reddes. Plu-*  
*ra de hoc dicto Menag. ad Diog. Laërt. VI. 105.*  
*et Spanhem. ad Iulian. Caesar. p. 113.*

Ibid. 13. ὥσπερ πόρους] Videor mihi in his ver-  
 bis interpolatoris manum deprehendisse.

C. VII, 5. ἀπατεῶνα δ' ἐκάλει] Hic quoque in-  
 terpolatores grassatos esse, libri scripti ostendunt.  
 Exc. Voss. ἀπατεῶνα δ' ἐκάλει μικρὸν μὲν, τὸν εἴ τις  
 ἀργύριον. MS. Leidensis vulgatam quidem exhibet,  
 sed τὸν post ἐκάλει omittit, quod etiam abest ab edit.  
 Basil. Vix dubito, quin Xenophon scripserit: ἀπα-  
 τεῶνα δ' ἐκάλει οὐ μικρὸν μὲν, εἴ τις ἀργύριον etc. οὐ  
 μικρὸς est μέγας, et opponitur πολὺ μεγίστῳ.

Lib. II.

C. I, 17. ἄλλογε ἡ ἀφροσύνη πρόσεστι] Xenophon-  
 tis consuetudo postulat: οὐ πολλὴ γε ἀφροσύνη πρόσε-  
 στι; II. 1, 8. τοῦτο πᾶς οὐ πολλὴ ἀφροσύνη ἔστι; ibid.  
 II, 3, 18. οὐκ ἂν πολλὴ ἀμελία εἴη; Plato Theaet.

p.

p. 138. F. πᾶς οὐ πολλὴ ἀλογία; Sic etiam legebāt Gisbertus Koenius, cuius immatura morte Graecae literae fecerunt damni plurimum.

Ibid. 20. Ἐπίχαρμος ] Non Epicharmo, sed Platonī, Comico, ut opinor, hunc versum tribuit Scholiast. Hermogenis p. 377. cuius locum, quod liber in perpaucorum manibus est, hic totum ponam: Πλάτων τε γὰρ Φιλοί· Τὸν γὰρ πόνων πώλευσιν ἡμῖν οἱ θεοὶ τὰ ἀγαθά· καὶ Σοφοκλῆς· Πόνος γὰρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατύρ· καὶ ὁ ἐν Μιλήτῳ θεός· οὐδὲν ἄνευ κα- μάτου πέλει ἀνδράσιν εὔπετες ἔργουν. καὶ πάλιν· Πάντα πόνος τεύχει δὲ βροτοῖς, μελέτη τε βροτεῖν. Senarium sub Sophoclis nomine laudatum, ex Euripidis Licynio assert Stob. Tit. XXIX. p. 198. Sed mirum est, priorem hexametrum, qui inter Milesii Phocylidis sententias v. 151. reperitur, Milesii Apollinis dici; si modo locus expers est corruptelae. Posteriorem Archilocho tribuit, et sic scriptum exhibit Joannes Siceliota Comment. MS. in Hermogenem: Πάν- τα πόνος τεύχει θυητοῖς, μελέτη τ' ἀριστη. Legendum: Πάντα πόνος τεύχει θυητοῖς, μελέτη τε βροτεῖν. Dicem, hanc sententiam, non Epicharmi, ut Lambinus putat, expressisse Horatium I. Serm. 9. 60. *Nisi sine magno Vita labore dedit mortalibus*, nisi tam vulgaris esset, ut cuvis non stultissimo in mentem venire posset. Epicharmi autem versum, quem Xenophon attulit, sine poētae nomine laudat Eustratius in Aristotel. Nicom. III. p. 43. addens alium simillimum: Ἐκ τῶν πόνων τοι τάγαθ' αὐξεται βροτοῖς. quem ipsum, poētae nomine suppresso, laudat Lucian. Rhet. praec. p. 8. τὸν ποιητὴν ἐκείνον ἀληθεύειν φημιν,

Ἄγοντα ἐκ τῶν πόνων Φύετθαι τὰ ἀγαθά. Sed ex Eueripidis Erechtheo ductus est, teste Stobaeo Tit. XXIX. p. 199. Epicharmeum dictum ita vertit Priscianus Praeex. Rhet. p. 1333. *Laboribus vendunt Dii nobis omnia bona.* Nescio, an illud in animo habuerit Dionys. Halic. T. II. p. 317. οὐδὲν τῶν μεγάλων μικρῶν ἔστι πόνων ὄνιον. Mox Xenophon idem suis verbis sic effert: τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ὄνει πόνου καὶ ἐπιμελείας θεῖ διδάσκων ἀνθρώποις, quod forte expressit Philo Jud. T. I. p. 168. παντὸς ἀγαθοῦ καὶ ἀρετῆς πάσης ὁ θεὸς ἀνέδειξε ἀνθρώποις πόνου, οὐ χωρὶς τῶν καλῶν παρὰ τῷ θυντῷ γένει συνιστάμενου οὐδὲν εὑρήσεις. Sed valeat hic etiam, quod modo de Horatio diximus.

Ibid. 22. ὅμιλα ἔχειν ἀναπεπταμένα ] Zeno, modestam virginem describens, apud Clem. Alexand. Paedag. III. p. 296. ἔστω δφρῦς μὴ καθειμένη, μηδὲ ὅμιλα ἀναπεπταμένου, μηδὲ ἀνακελασμένου. cuius loci elegantiam non cepit Potterus. Quae sequuntur, ἐσθῆτα δὲ, ἔξ οὐ etc. furtim descriptis sutor centonum satis lepidus, Aristaenetus I, 25. ut indicio Dorvillii Vann. Crit. p. 302. cognovimus: τὸ δὲ ταραντινὸν, οὐδὲ οὐ διαφανᾶς ή ὥρα διέλαμψεν. θαμά δὲ καὶ τὸν πτέρυν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφομένη διεσκοπεῖτο. πολλάκις δ' ἄμα τε ἑαυτὴν ἐθεώρει, καὶ εἴτις αὐτὴν ἐλλος θεᾶται. ubi e contextu expellendum est δ' ἄμα, quod librarius temere repetit ex praecedenti θαμά.

Ibid. 30. οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς ] Huc pertinet locus Varonis Hercule Socratico, apud Non. Marcell. p. 539. 542. In omnibus rebus bonis cotidianis: cubo in Sardinianis tapetibus: chlamydas et

PUS-

*purpurea amicula.* Quae et mutila sunt et mendosa. Quod excidit, conjectura, qui poterit et volet, asse-  
quatur: mendae hoc modo corrigendae: *In omnibus  
rebus bonis, quotidiano cubo in Sardianis tapetibus:  
chlamydias et purpurea amicula.* Scaliger ad Varro.  
Fragm. p. 112. scribit *quotidianus cubo.* Male. Nam  
Voluptatem, non Herculem, loqui, clarum est. De  
adverbio *quotidiano*, vide quae notavimus ad Rutil.  
Lup. I. p. 11. *Sardiana tapetia*, quae Sardibus  
purpura tingebantur. Nam a Σαρδίς est Σαρδικός et  
Σαρδιανίκος. Vid. Steph. Byz. ex eoque corrige Etym.  
M. p. 708. 29. Apud Polluc. VII. 77. editur: *καὶ  
Σαρδιανίκος δὲ χιτών τις ἐκαλεῖτο*, sed e Codicum scri-  
ptura Σαρδιανίκος faciendum Σαρδιανός. *Tincturam  
Sardianicam* ex Aristoph. Acharn. 112. et aliunde  
illustrarunt Interpretes ad Hesych. v. *Βάμυα Σαρδια-  
νικόν.* Nostram in Varrone emendationem egregie con-  
firmat Heraclides Cumaeus apud Athen. XII. p. 514.  
C. διῆσι διὰ τῆς τούτων αὐλῆς πεζὸς ὑποτιθεμένων ψι-  
λοταπίδων Σαρδιανῶν.

Ibid. 31. διὰ νεότητος τρεφόμενοι] Non dubito, quin  
Xenophon scripserit *Φερόμενοι* idque verbum *περῶντες*  
confirmat. Διπάροι et αὐχμηροι qui dicantur, expo-  
nit Pollux, hunc locum laudans, II. 34.

C. II, 3. εἰλικρινῆς ἀδικία] Attice et exquisite pro-  
mera *injustitia*. Sic etiam κακαρός et λακτρός dicun-  
tur. Aristophan. Avib. 1548. *Τίμων* κακαρός. quod  
Hemisterhusius bene vertit Plautina locutione: *Timon  
purus putus.* Grammaticus MS. Bibl. Sang. κακαρός  
δοῦλος, οἰονεὶ ἀπηκριβωμένος. Ἄντιφάνης Ἄγροιν. Al-  
ciphron III. 21. Παρρένων, ζητεῖ κακαρός. ubi vide

Berglerum. Idem III. 38. ἢν δὲ οὗτος μάλα λαμπρὰ  
ζητεῖ. Sic ibi scribendum.

Ibid. 8. ἐπὶ τῷ βίῳ πάντῃ] id est, ea conditione, ut  
vitam salvam habeat. Nota vis praepositionis ἐπὶ cum  
dativo. Aristoph. Avib. 153. Ὁπούντιος οὐκ ἀν γενολ-  
μην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσοῦ. Dio Chrys. Or. XXXIII.  
p. 407. D. γυναικὶ μὲν δὴ τοιαύτῃ ἔνοικεν οὐδεὶς ἀν  
ἔθελησειν, οὐδὲ ἐπὶ πεντακοσίοις ταλάντοις. Vide West-  
seling. ad Diodor. Sicul. II. p. 138. Est autem fi-  
gura proverbii, qualis Cyrop. III. p. 69. B. καν τῆς  
ψυχῆς κριτιμν, ἄστε μήποτε λατρεῦσαι ταύτην.

Ibid. 14. τὸν μὲν θεοὺς παρατίθεν.] Zonaras Lex.  
MS. Παρατίθειται σε, καὶ παρατίθεται αὐτὸν, καὶ παρ-  
ατίθεται τὸ πρᾶγμα, οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλ' οἴον δὲ, παρ-  
ατίθειται σε συγγνώμην ἔχειν, καὶ, παρατίθειται σε μὴ  
χαλεπαίνειν. Εἰνοφῶν, τὸν μὲν θεοὺς παρατίθησθαι συγ-  
γνώμηνας σοι εἶναι. Eadem leguntur in Lexico MS.  
Regio, ubi bene additur: λέγουσι δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ  
παριέμαι. de quo verbo quaedam notavimus ad Ti-  
miae Lex. Plat. p. 149.

C. IV, 1, ὡς πάνταν κτημάτων κράτιστου] Hunc  
locum expressit Cicero de Amicit. 15. Quid stu-  
tius, quam — cetera parare, quae parantur pecunia,  
equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa: amic-  
icos non parare, optimam et pulcherrimam vitae, ut  
ita dicam, suppellecitem? item Dio Chrys. tum ali-  
bi, tum Or. VI. p. 97. D. τοῦ δὲ καλλιστοῦ καὶ λυ-  
σιτελεστάτου κτήματος, ἀπάντων ἐστὶν ἀπορώτατος εὐνοίας  
καὶ φιλίας.

Ibid. 4. τὸ πλῆθος εἰδότας] Haec quoque imitatus  
est Cicero de Amicit. 17. Saepe querebatur, quod

omnibus in rebus homines diligentiores essent; ut capras et oves quot quisque haberet dicere posset: amicos quot haberet, non posset dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse.

Ibid. 7. ἀ δὲ αὖτε χεῖρες ] Haec imitando sua fecit Dio Chrys. Or. III. p. 53. D. εἰ δὲ δρόμοι, καὶ γλώτται καὶ χεῖρες ἀνθράκων τοῦ παντὸς ἄξια, etc. ubi ante καὶ γλώτται librariorum negligentia elapsum est καὶ ὡτα. Res clara cum e Xenophonte, tum multo magis ex iis, quae consequuntur apud Dionem: καὶ διὰ μὲν ἀγῶνον οὐκ ἀποκύπτει. — καὶ τῷ μὲν γλώττῃ etc.

C. V, 5. πωλῆι καὶ ἀποδῶται τοῦ εὐρόντος ] Viri docti εὐρόντος capiunt pro σύρεβόντος, durissima enallage, ut bene judicat Dorvilius ad Charit. p. 113. Tamen multo durior est ratio Abreschiana Diluc. Thucyd. Auct. p. 326. Omnia corrigendum τοῦ τυχόντος, quod etiam Fr. Porto in mentem venisse video. Dio Chrys. Or. XXXII. p. 385. A. ἀλλ' ἔστιν δὲ ἀγῶν ἀνδραπόδων ὑπὲρ τοῦ τυχόντος ἀργυρίου. Pollux V. 162. οὐδὲ τοῦ τυχόντος ἄξιος, οὐδὲ τοῦ προστυχόντος. Suidas: Ἀξιος τριχός. ἐπὶ τοῦ εὔτελος καὶ τυχόντος. Sed ut tandem tricandi finis sit, sciant, qui vitiatam lectionem defendunt, τοῦ τυχόντος clare et perspicue legi in Codice, quem contulit Is. Vossius. Nec aliam scripturam in MS. suo reperit Bessarion, quamvis male vertat: vendit eum cuicunque obylio. Πωλεῖν et ἀποδίσθαι etiam conjunguntur in Sypos. p. 164. δὲ ἀγορᾷ πωλῶν καὶ ἀποδιδόμενος.

C. VI, 5. εὔορκος δὲ καὶ εὐξύμβολος ] Minus bene, meo sensu, junguntur εὔορκος et εὐξύμβολος. Verissima emendatio est: εὔοργος δὲ καὶ εὔξ. Εὔοργος et εὔόργυτος dicitur, *in quo est summa morum lenitas, qui in meliorem partem accipit omnia.* Hesychius; Εὔόργοις. τοῖς μὴ δρυζομένοις ἐφ' οἷς δεῖ, ἀλλὰ πάντας εὐΦέρουσιν. Hinc εὔοργυτα pro lenitate morum apud Euriped. Hippol. 1039. "Ος τὴν ἐμὴν πέποιθεν εὔοργυτός τις ψυχὴν κρατήσειν. ubi hanc notionem docte et copiose declaravit Cl. Valckenarius. Εὔόργῳ opponitur δυσπρόσθοδος καὶ τῇ δρυῇ χαλεπῇ (*difficillimis moribus*) γρούμενος ἐς πάντας. qualem Pausaniam describit Thucydid. I. 130. ubi vide Dukerum.

Ibid. 21. δυσμενής μὲν-έρως, μισητὸς δὲ ὁ Φθόνος ] Elegantius Exc. Voss. et MS. Leid. δυσμενὴς μὲν-έρως, μισητὸν δὲ ὁ φθόνος. quod item H. Stephanus e libris suis revocavit. Herodot. III. p. 213. σοφὸν δὲ ή πρωτίν. ubi vide Wesselingium. Pro μισητὸν sensus postulat μισητικὸν, ut pulchre vidit Salgarius meus. Nisi forte hoc verbale inter illa referre malis, quae et agendi et patiendi vim habent. Sic ἀβριστὸς pro ὑβριστικὸς Cyrop. V. p. 147. C. et ἀμεμπτὸς pro μὴ μεμφόμενος ibid. VIII. p. 224. C. ut μεμπτὸς pro μεμφομένῳ apud Sophocl. Trachin. 450. et apud alios alia, de quibus Hemsterhusius ad Lucian. Halcyon. p. 179. Sed quoniam notatum est a Grammaticis, agendi significationem frequentem esse in verbalibus cum α priv. compositis, rarissimam in aliis, non dubitem μισητικὸν vulgato μισητὸν praeferre.

Ibid. 27. τῶν ὀραιῶν ἀφροδιτοῖς ἡδόμενοι ] Magna scripturae varietas in hoc loco. Ed. Aldina ἐλόμενοι, MS.

MS. Leid. et Ed. Basil. ἡλωμένοι, quod participium Graecis inauditum puto. Exc. Voss. ἐλωμενοι, quod etiam Bessarion in libro suo reperisse videtur, vertens, quamvis voluptate ducantur. Xenophontis simplicitati maxime convenit, quod dedit H. Stephanus, ἡδόμενοι. Sic in Hieron. p. 196. καὶ ἀφροδισίοις πάντα ὄμοιας ἡδεσθαι ἔοικε τὰ ζῶα.

Ibid. 39. ἀλλὰ συντομωτάτη ] Vertit Cicero de Of-  
fic. II, 12, simul tamen respiciens ad alterum locum  
I, 7. ὡς οὐκ εἴη καλλιῶν ὅδός ἐπ' εὐδόξιῶν, etc. Prae-  
clare Socrates, hanc viam ad gloriam proximam, et  
quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret,  
ut qualis haberi vellē talis esset. Vid. P. Victorium  
Var. Lect. V. 11. quem hic locus fugiebat.

C. VIII. 1. πόθεν Φαίνη ] Attica loquendi formula.  
Plato Protagor. init. Πόθεν ὁ Σωκράτες, Φαίνη; quod  
Cicero apud Priscian. VI. p. 706. vertit: Quid tu,  
unde tandem appares, o Socrate? Platonis imitatione  
Theophrastum suum sic incipit Aeneas Gazaeus: Ποτὶ  
δὴ καὶ πόθεν, Ἀξιθεε; Forte et Horatius Sermonem  
quartum Lib. II. Unde, et quo Catius?

C. IX, 3. καὶ ἔφη, φράστον εἶναι ] Simili fere for-  
ma dicitur Anabas. III. p. 292. C. τὰ δὲ τῶν φίλων  
μύνος φέτο εἰδέναι δτὶ φράστον ἀφύλακτα λαμβάνειν. Sed  
MS. ab Is. Vossio collatus sic habet: καὶ εὑφυέστερος  
δὲ ἀπὸ τῶν συκοφαντῶν λαμβάνειν. Qua lectione nihil  
elegantius et verius, modo δὲ, quod alienum est, de-  
leatur. Cyrop. I. p. 34. B. γενόμενοι οὖν τίνες οὕτω  
εὑφεῖς καὶ πρὸς τὸ εὖ ἔξαπατζῦν καὶ πρὸς τὸ εὖ πλεονεκ-  
τεῖν, ἵσως δὲ καὶ πρὸς τὸ φιλοκρεδεῖν οὐκ ἀφιεῖς ὄντες.  
Qui locus codicis scripturam egregie confirmat.

C. X, 3. καὶ μὴ μόνον τὸ ] Legendum: καὶ μὴ μόνον τὸ abjectis verbis, κελευσμένον ἵκανὸν ὅντα ποιεῖν, quorum ingrata est repetitio. Sic etiam Bessarion in libro suo reperisse videtur.

## Lib. III.

C. I, 1. ἀκούσας — ἢκειν ] Lexicon MS. Bibl. Sangerm. Ἀκούσας ἢκειν, οὐχ ἢκοντα, Ξένοφῶν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν ἔφη, καὶ Μένανδρος, καὶ ἄλλοι. Altera tamen cum participio constructio exquisitior est et Attica magis.

C. V, 6. ἡ πολέμους δείσωσιν ] Bene Brodaeus et Ernestus V. Cl. corrigunt πολεμίους quod Exc. Vossiana confirmant. Polyb. VI. 42. loco simillimo: ὅταν μὲν ἡ διὰ πολεμίων φόβον, ἡ διὰ περίστασιν χειμῶνα, δρμῆ παραστῇ τοῖς ἐμβάτοις συμφρονεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τῷ κυθερώτῃ, γίνεται τὸ δέον etc. Xenophontem more suo imitatur Dio Chrys. Or. XXXI. p. 360. B.

Ibid. 17. πολλὴ μὲν ἀπειρίᾳ ] Ex antecedentibus verbis, ἐπύρεάζουσιν ἀλλήλοις, venit mihi in mentem legere: πολλὴ μὲν ἐπήρεις καὶ πανία. Eadem voce permittantur in Artemidoro IV. 72. p. 243. Διοκλῆς ὁ Γραμματικὸς Φοβούμενος ἐξ ἀπειρίας ἀργύριου ἀπόλέσαι, ubi vir doctus Animadv. p. 711. reponere tentabat ἐξ ἐμπορίας, per mercaturam; sed legendum: ἐξ ἐπηρεᾶς, per calumniam et vexationem. Alio modo idem verbum corruptum est in Libanio Ep. 802. χρημάτων δὲ πολλῶν αὐτῷ οἰχομένων ἐν τοῖς πανοῖς ἐξενοι, ἡ αὐτῷ παρὰ τῆς Προφῆτου γέγονεν ἐπισικεία. ubi Wel-

Wolfsius reponit αἰνίξ, Dorvillius Φιλονεκέλας. Neuter bene. Libanius scripsit ἐπηρεάς.

C. VI, 12. αὐτόθεν] Grammaticus MS. Bibl. Sangerm. Αὔτοθι. Ξενοφῶν ἐν μὲν Ἀπομνημονευμάτων γ', "Ἡρόδοτος ἐν ἱστορίᾳ γ' αὐτὶ τοῦ αὐτός. Scribe: ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ. Herodoti locus est p. 225. τῶν γνωμένων αὐτόθεν χρημάτων. ubi Cod. Arch. αὐτόθι, ut Grammaticus MS. Sed αὐτόθεν utriusque loco accommodatius judicamus.

C. VII, 4. κατὰ μόνας] Grammaticus MS. Bibl. Sang. Καταμόνας, ἀντὶ τοῦ ἴδια. Θουκιδίδης δ. Ξενοφῶν Ἀπομνημονευμάτων γ'.

C. IX, 6. τὴν ἀνεπιστημεσύνην] Grammaticus MS. Bibl. Sangerm. Ἄδημοσύνη. Ξενοφῶν Ἀπομνημονεύματων. Ἄδημοσύνη, vox Ionica, qua Lexica carent, est apud Democritum Stobaei Tit. VI. p. 84. pro ἀγορᾷ, animi moerore. Aliam formam ἀδημονία conservarunt Hesych. et Suid. in v. Vide Foesium Oecon. Hipp. v. Ἄδημονες. Suspicabar aliquando, hoc vocabulum, cuius nullum vestigium in Memorabilibus reperitur, a Grammatico lectum esse IV, 2. ubi nunc vulgatur: ἀν τις, ἐν ἀλυμίᾳ ὄντος Φίλου, δεῖσας, etc. Verum Grammaticus, ut opinor, non scripsit ἀδημοσύνη, sed ἀδημοσύνη, eamque vocem ex hoc ipso loco petiit, ubi nunc textum occupat ἀνεπιστημεσύνη, quae est interpretatio vocabuli rarioris. Ἄδημονία est Homeri Od. Ω. 243. δαημοσύνη Orphei Argon. 726. Apollon. Rhod. II. 175. IV. 1273. cui eandem vocem II. 1264. bene reddidit Arnaldus Lect. Gr. p. 240. Quod si quis vocem poëtis usitatam in Xenophonte non ferendam putet, scito, hunc scri-

ptorem, in summa simplicitate, plura vocabula poëtica, quam quemquam Atticorum, qui prosa oratione scripserunt, frequentasse: quod verissimum est judicium magni Hemsterhusii ad Thom. M. p. 26. Et quid caussae est, quare Xenophonte minus dignum putetur *ἀδημοσύνη*, quam *δημονέστατος* Cyrop. I. p. 6. C. aut *ἀδεῆς* p. 37. A. In Anabas. I. p. 266. D. vulgo editur: *ἐνθα Κύρος εὐμαθέστατος — ἐδόκει εἶναι.* ubi MSSti, quos viri docti adhibuerunt, pro *εὐμαθέστατος* bene legunt *αἰδημονέστατος*. Nec aliter MS. cuius excerpta penes me sunt. Sed qui primus *εὐμαθέστατος* in textum intulit, non *αἰδημονέστατος*, sed *δημονέστατος* in suo codice invenit, cuius explicatio est *εὐμαθέστατος*. Haec satis probabiliter disputata videntur pro voce *ἀδημοσύνην*. Verum tamen una, ne quid dissimilem, superest ratio vulgatae scripturae defendenda. Potuit Grammaticus *ἀδημοσύνην* vel *ἀδημοσύνην* ducere e perduto Memorabiliu[m] loco. Periisse autem haud pauca, non solum apparet e Codd. MSStis, quorum alias alio plenior est, sed etiam e Grammaticis antiquis, qui nonnulla e Memorabilibus laudant, quae in libris nostris frustra quaeruntur. Moeris Atticista, ut hoc utar, p. 151. inde affert *Ἐθελέχθρως*, p. 164. *ἐπιτυχεῖν*; pro *cognatis*, quorum neutrum Piersoni sagacitas invenit. Quid? Cicero quoque integriore exemplo usus videtur, de N. D. I. 12. Atque etiam Xenophon paucioribus verbis eadem fere peccat: facit enim in iis, quae a Socrate dicta retulit, Socratem disputantem, formam Dei quaeri non oportere: eundemque et Solem et animum Deum dicere; et modo unum, tum autem plures Deos,

Deos. Locus de forma Dei non quaerenda extat IV,  
3. Sed ubi Socrates in his libris Solem, ubi animum Deum dixit, ubi denique unum aut plures esse  
Deos?

C. XI, 1. Θεοδότη ] Hunc locum laudat Athenaeus V. p. 220. F. cuius verba per festinationem pro Xenophontis accepit N. Heinsius ad Ovid. Trist. II. 418. Theodote postea cum Alcibiade consuevit, cumque mortuum, muliebri sua veste coniectum, creavit. Vide Athenaeum XIII. p. 574. F. Eam inter nobilissimas Graeciae meretrices commemorat Libanius T. I. p. 582.

Ibid. 6. τὰ πρὸς τὸν βίον ] Huc respexit Grammaticus MS. Bibl. Sang. Bios, ἐπὶ ἀλόγων ζώων. Ζενοφῶν Ἀπομνημονεύμασιν.

Ibid. 8. ὅτι μὲν γὰρ τῆς νυκτὸς νέμονται ] Cum hoc loco comparandus alius, et re et verbis conveniens, Cyrop. I. p. 36. A. Utroque loco δομὴ legitur, non δδμὴ, qua tamen forma Xenophon usus est, teste Phrynicho de Diction. Attic. p. 30.

Ibid. 14. διαφεύγουσα, ζωσ ἀν μάλιστα δενδάσι ] Hoc praeceptum tenebat meretrrix apud Terentium Heaut. II, 3, 125.

quendam misere offendit militem,

Ejus noctem orantem: haec arte tractabat virum,  
Ut illius animum cupidum inopia incenderet.

Alciphron. II. 1, p. 202. τὰς ὁπωσοῦν ἄλλως ταχὺ μαρανομένας μεσολαβούσας χάριτας, ἵνα μᾶλλον ἐξάπτωνται τοῖς διαστήμασι. Sic ille locus legendus. Ordo verborum est: μεσολαβούσας τὰς χάριτας μαρανομένας ταχὺ ὁπωσοῦν ἄλλως.

Ibid.

Ibid. 17. Φιλωτέρα σου ἔνδον ἦ] Venuſte, ut nihil supra. Est enim propria meretricum, amatores excludentium formula, ἔνδον ἔτερος. Lucian. Dial. Meretr. XII. p. 310. μητ' ἀπέκλειστα ἐλθόντα, ἔνδον ἔτερος, εἰπούσσα. VIII. p. 300. ἐπειδὴ δὲ ἐλθόντα ποτὲ ἀπέκλειστα. Καλλιάδης γάρ ἔνδον ἦν.

C. XII, 2. ἐὰν οὕτω τύχωσι, τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν] Haec verba desunt in Codice Bessarionis, et Ed. Basil. Teneam τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν, sed facile abesse patiar ἐὰν οὕτω τύχωσι, quae e praecedentibus temere repetita videntur.

## Lib. IV.

C. II, 2. διὰ ξυνουσίαν τινὸς τῶν σοφῶν] Alhusit ad notissimum senarium sive Euripidis, sive Sophoclis:

Σόφοι τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Ibid. 5. ἐν ὑμῖν ἀποκινδυνεύων] Eleganter et apposite ad hunc locum Plinius H. N. XXIX. 1. Discunt periculis nostris, et experimenta per mortes agunt: Medicoque tantum hominem occidisse impunitas summa est. Αποκινδυνεύει τοῦτο, vel ἐν τούτῳ est periculum facere. Lysias p. 96. ἀλλ' ἀπεκινδύνευον τοῦτο.

Ibid. 8, sqq. γράμματα] Phrynicus παρασκ. Σοφ. MS. ΓραΦεὺς καὶ δὲ ζωγράφος, καὶ Γράμμα, τὸ ζωγράφημα, καὶ ἐπιστολῶν Γράμματα, καὶ τὰ ψιφίσματα, ὡς Δημοσθένης, καὶ τὰ συγγράμματα τῶν ἀρχαίων ἀδρῶν, ὡς Ξενοφῶν. Vide de Venat. p. 998. A. et Valkenar. Anim. ad Ammon. p. 55.

C.

C. III, 8. καὶ τοῦτο φιλανθρωπίᾳ] Post haec verba Codex Excerptorum e Xenophontis Memorabilibus, quem apud virum amplissimum, Ger. Meermannum evolvimus, egregium supplementum praebet: τὸ δὲ καὶ ἀέρα ἡμῖν ἀφθόνως οὕτω πανταχοῦ διαχῦσαι, οὐ μόνον πρόμαχον καὶ σύντροφον ζωῆς, ἀλλὰ καὶ πελάγη περὶ δὲ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλος ἄλλαχθι: καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ στελλόμενος πορίζεσθαι, πῶς οὐκ ὑπὲρ λόγου ἀνέκφραστον; Scilicet hic quoque accidit, quod infinitis aliis locis, ut, librarii oculis ab altero τὸ δὲ ad alterum aberrantibus, quae in medio erant, omitte-rentur. Notandum autem, σύντροφον hic dici pro sim-plici τροφὸν, ut paullo ante, συντρέφειν δὲ καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς, pro simplici τρέφειν. Aelianus, qui plura ex hoc Xenophontis loco expressit, apud Suid. v. Ἀρισταρχος Τεγ. καὶ ἀέρος σπῆν, καὶ ἔχειν τροφὴν ζωῆς τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα. Auras vitales dicunt Poëtae Latini, ut Virgil. Aen. I. 387. Mox Valkenarius noster emendat: καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλον ἄλλοσέ πῃ στελλόμενον εὐ ἀλλοδαπῇ πορίζεσθαι. Denique ultima vox ἀνέκφραστον non est Xenophontis, sed Grammatici, ex-plicantis formulam ὑπὲρ λόγου.

Ibid. 9. ὅτι οὐκ ἀν ὑπενέγκομεν] Eadem aliis ver-bis dicit Cyrop. VI. p. 161. C. quem locum compa-rent Atticae venustatis studiosi. Hinc multa duxit Dio Chrys. Or. III. p. 49. 50.

Ibid. 13. ἀτριβῆτε, καὶ ὥγια, καὶ ἀγήρατον] Simi-lis locus in divina illa Cyri morientis oratione, VIII. p. 237. C. οἱ καὶ τὴν τῶν ὀλων τήνδε τάξιν συνέχουσιν ἀτριβῇ καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον. unde corrigendus

Pol-

Pollux II. 14. Ξενοφῶν δὲ, τὸν ἀγήρατον δέξαν. Scribe τάξιν.

C. IV. 5. δίκαιος ποιήσασθαι] Δίκαιος dicitur vel de *re*, vel de *persona*, in qua nec abundat aliquid, nec deficit, quae muneri suo par est, numeris suis *absoluta*. Herodot. II. 149. αἱ δὲ ἐκατὸν δρυνικὴ δίκαιαὶ εἰσὶ στάδιον ἔξαπλεθρον. quo respicit Grammat. MS. Bibl. Sang. Δίκαιον μέτρον, τὸ ίσον. Ἡρόδοτος β'. Aeschines adv. Ctesiph. p. 441. τις οὖν ἀποδέδεικται λόγος δίκαιῳ συνηγόρῳ. ubi vocis vim praeclare illustravit Io. Taylorus. Latini eodem sensu *justum* dicunt, ut Fabricius Bibl. Gr. Vol. II. p. 71. male reprehendat interpretem Luciani de Hist. conscr. p. 52. δίκαιος συγγραφεὺς, *justus scriptor*, vertentem. Huic notioni affinis est altera, qua δίκαιον dicitur, quod omnibus partibus aequabilitatem servat, frequens illa in Hippocrate, et copiose explicata a Foësio in Oecon. sed minime intellecta ab interpretibus in Xenophonte nostro Cyrop. II. p. 50. B. οὔτε γὰρ ἄρμα δῆπου ταχύ γένοιτο ἢν βραδέων ἵππων ἐνόντων, οὔτε δίκαιον, ἀδίκων συνεζευγμένων. ubi δίκαιον ἄρμα est currus aequabilitatem in eundo seruans, ἀδίκοι ἵπποι, equi inaequales vel robore, vel velocitate. Sic a Polluce I. 196. δίκαιος τὸν γνάθον dicitur equus, qui maxillam aequabiliter mollem habet: contra a Xenophonte de re equestr. p. 936. et a Polluce l. c. 197. ἀδίκος τὸν γνάθον cui pars maxillae mollis est, pars dura. Δίκαιον autem ἄρμα quam temere vexarit Leunclavius, apparel et Lexico MS. Bibl. Sangerm. Ἀδικομάχονς ἵππους Ξενοφῶν τοὺς δυσπειθεῖς λέγει, καὶ δίκαιον ἄρμα, τὸ εὐπειθές, ubi corrigendum videtur: Ἀδικογάνη

**Θους ἵππους**, quos Xenophen eodem loco etiam ἐπερογνάθους appellat. Haec scripseram, cum Cl. Beioto Hist. Academ. Inscript. T. XXXIV. p. 17. eandem Xenophontei loci interpretandi rationem placuisse viderem. Sed ut redeam illuc, unde deflexi, saepe miratus sum, tamdiu tamque patienter pro Xenophontis legi potuisse verba putida et praeter rem inculcata, Φασὶ δέ τινες καὶ ἵππον καὶ βοῦν τῷ βουλομένῳ δικαιους ποιησαθαι, πάντα μεστὰ εἶναι τῶν διδαξόντων. quae sciolus formasse videtur ex Platone Apolog. Socrat. p. 359. G. εἰ μέν σου τῷ νίκῃ πώλῳ οὐ μόσχῳ ἐγενέσθην, εἴχομεν ἀν αὐτοῖν ἐπιστάτην λαβεῖν, καὶ μισθώσασθαι, ὃς ἔμελλεν αὐτῷ καλῶ κάγαδῳ ποιήσειν τὴν προσήκουσαν ἀρετήν.

Ibid. 6. ἔτι γὰρ σὺ — ἔκεινα τὰ αὐτὰ λέγει, ] Dio Chrys. Or. III. p. 40. C. haec memoriter sic laudat: πάλιν σὺ ταῦτα, Σάκρατες; ubi scribendum: πάλιν σὺ ταῦτα ταῦτα.

C. VIII., 8. εἰ δὲ βιδούμαι πλείω χρόνον] Perspicua imitationis vestigia sunt in Auctore Socrat. Epist. p. 33. ubi scribendum, γῆρας ἐπικεῖσθαι, et in Dione Chrys. Or. XXVIII. p. 281. C.

— Ao. MDCCLXXII.